

Gesta Phil. p. 492: Eodem anno (sc. 1273) venit papa Gregorius circa Quadragesimam apud Lugdunum Galliae, celebraturus ibidem concilium generale.

p. 494: In quo concilio multa utilia statuta fuerunt; scilicet de electione summi pontificis, et statu ecclesiae universalis. . . Circa finem concilii venerunt Graecorum et Tartarorum nuntii solemnes. Qui Graeci ad unitatem ecclesiae redire promittentes, in signum hujus rei, Spiritum sanctum a Patre et Filio confessi sunt procedere, Symbolumque Apostolorum in communi concilio solemniter decantaverunt. . . . Numerus vero praelatorum qui ad hoc concilium interfuerunt, quingenti episcopi, sexaginta abbates, et alii praelati circa mille.

p. 510: Anno Domini MCCLXXVII. Iohannes papa cum sibi vitae spatium in annos plurimos extendi crederet, et hoc etiam coram multis assereret, subito cum camera nova, quam pro se Viterbii circa palatium construi fecerat, solus ipsa ruente corruit, et inter ligna et lapides collisus, sexto die post casum, perceptis omnibus sacramentis ecclesiasticis, expiravit. Sepultus est autem in eadem urbe in ecclesia sancti Laurentii.

Martini cont. p. 442: Hic (sc. Gregorius X) tercio pontificatus anno pro utilitate Terre Sancte, quam personaliter visitare intendebat, Lugduni solempne celebravit concilium. In quo Gregorum et Tartarorum solempnes nuntii affuerunt, Greci ad unitatem ecclesie redire promittentes. In signum cujus Spiritum sanctum confessi sunt a Patre Filioque procedere, symbolum in concilio solempniter decantando. Nuntii vero Tartarorum infra concilium baptizati, ad propria redierunt. Numerus autem prelatorum, qui fuerunt in concilio, 500 episcopi, 60 abbates et alii prelati circa mille. Hic in concilio multa bona constituit, videlicet pro subsidio Terre Sancte, pro electione summi pontificis et pro statu ecclesie universalis.

p. 443: Et cum sibi spacium in plurimos annos extendi crederet et hoc eciam coram aliis assereret, subito cum camera nova, quam pro se Viterbii circa palacium construxerat, solus corruit et inter ligna et lapides collisus sexto die post casum, sacramentis omnibus ecclesiasticis perceptis, expiravit et ibidem in ecclesia sancti Laurentii sepultus exstitit.

Bei weitem mehr hat Wilhelm aus der continuatio pontificum romana abgeschrieben. Die Benutzung dieser Quelle ist nicht erst nachzuweisen, weil sie schon von ihrem Herausgeber Weiland erkannt ist. Die aufgenommenen Stellen beziehen sich auf Nicolaus III, Martin IV, die Anibaldi (p. 514), die sicilianische Vesper (p. 516), Peter von Aragonien (p. 520), die französischen Grossen, welche Karl von Neapel zu Hülfe zogen, den beabsichtigten Zweikampf bei Bordeaux (p. 522—